



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Suspensiones aliquot quæ in Toletis non habentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

tatem omnibus confessariis approbatis: ut possent in foro cōscientiæ absoluerè à peccato, & ab Excōmunicatione. Ut fusius Sayr exponit. lib. 3. cap. 35. num. 25. & 26.

Decima, Contra illos qui in diuinationibus vanis, sacramentis abutuntur, aut nefariis precibus Dæmones inuocant, aut sacrificia illis offerunt, aut eos venerantur, & colunt, aut cum eis impia pacta faciunt. Est Ioannis 22. Papæ, relata in Directorio Inquisitorum 2. par. q. 43. & à Io. Azorio 1. p. Iust. Mor. lib. 9. cap. 26.

*Suspensiones aliquot, quæ in Toledo non habentur.*

**O**rdinās Religiosū vel clerici cū regularē nō professum, per annum à collatione or

dinum quos eiusmodi personis contulit suspensus est ut expresse habetur in Bulla Pii V. edita anno 1598. quæ incipit, Romanus Pontif. & c. Cuius meminit Nau, in Man. c. 27. num. 158. & Philarchus de offic. sac. dar. 1. lib. 40. 2. casu 15. qua quidem constit. Greg. 13. anno 1582. declaravit RR. Patres Societatis I. E. S. V. nequaquam comprehendere, sed eos etiam non emissa professione posse ad titulum sufficientis litteraturæ ad ordines promoueri Sayr. lib. 4. c. 12. num. 21.

\*Secundo, Per Bullam Sixti v. editam anno 1588. quæ incipit, Sæctum, & Salutare, & c. Suspendeduntur, qui ordinantur ad maiores, & minores ordines sine dimissionis ante legitimam ætatem, vel extra tempora aut furtim, seu per saltum, aut si seculares fuerint, sine titulo sufficientis patrimonii, vel beneficii, aut non seruatis tem

porum interstitiis, & ultra hoc pri-  
 uantur omni facultate, & spe af-  
 cendendi ad alios superiores or-  
 dines: & ultra irregularitatem,  
 quam incurrunt, si ausi fuerint in  
 prædictis ordinibus malè acceptis  
 ministrare, soli Papæ reservatam,  
 priuantur omni titulo, & benefi-  
 cio, & Antistites sic in ordinum  
 collatione peccantes a collatione  
 quorumcunque ordinum & Ton-  
 suræ, & ab executione omnium  
 munerum Pontificalium, eo ipso  
 suspensi, & ab ingressu ecclesiæ  
 interdicti decernuntur, quam ta-  
 men consti. Clem. 8. anno 1595.  
 deinde ita moderatus est: ut om-  
 nes eiusmodi pœnas aboleuerit,  
 in futurum, in eisdem literis Sixti  
 V. decretas, & ita reduxit ad ter-  
 minos Can. & ad priscâ Pii 2. con-  
 stitutionem, & decretum Conc.  
 Trid. sess. 23. c. 12. & 13.

\*Tertio, Mular aliq suspensiones in  
 sacris Canonibus leguntur, vi-

delicet contra clericos, & Religio-  
 sos Sacerdotes missam incomple-  
 tam sine graui causa relinquentes  
 Contra illos, qui celebrant, & ce-  
 lebrando non communicant Con-  
 tra benedicentes secundas nuptias  
 & admittentes excommunicatos  
 denunciatos ad sacramenta, diui-  
 na officia, & sepulturam. Con-  
 tra obiicientes aliquid in electum  
 ad aliquam dignitatem si in pro-  
 batione defecerint. De quibus vi-  
 dere poteris Silur. Ang. Tab. ver-  
 bo suspensio. Nau. in Man. c. 27.  
 num. 151. Couar. in Clemen. si  
 furiosus par. 1. de homic.

Graff. li. 1. pa. c. 27.

Sayr. li. 4. per  
 totum.

FINIS.